

Decima Quinta Septembris  
De S. Melitina Martyre  
Marcianopoli in Moesia

73

Bollandi. AA. SS.  
Septembris v. IV. 29-30

Sec. II aut III

Ex Fastis graecis et Romano Martyrologio

Martyrologium Romanum S. Melitinam hodie memorat hoc elogio:

Marcianopoli in Thracia sanctae Melitinae martyris, quae sub  
Antonino imperatore et Antiocho praeside ad gentiliū fama  
semel et iterum ducta, cum idola semper corruerent, suspensa et  
laniata, ac demum capite plexa est. ---

Vim quoque non habet, quod Castellanus, in Menologio  
Sirleti eadem die mentis de inventione reliquiarum

AKAΔHMIA



ΑΘΗΝΩΝ

elogium ex Menologio Basiliano transfere,  
Melitina martyr, Antonino caesare, ex Marcianopoli  
Thraciae urbe fuit.

Cum autem Christum praedicaret, comprehensa ab Antiocho ejusdem  
urbis praeside, confessaque se Christianam esse, gravissime caeditur.  
Deinde pertracta in idolorum templum, ut immolaret, fusis ad Deum  
precibus effecit, ut idola considerent et contererentur.

Ex quo factum est, ut graecorum multi una cum praesidis uxore  
in Christum crederent.

Quatre flagris iterum caesa, in carcerem detruditur: deinde  
educta, nudataque suspenditur, et in lateribus scalpitur: rursusque  
in alterum idolorum fanum, ut sacrificaret, ducta, Deum precatur,  
statimque collapsa, idola in frusta conteruntur.

(anecdote)



Quamobrem, lata in eam sententia, gladio caput ei amputatum fuit.  
Cujus reliquias Acacius quidam pius ac timens Deum translatus, in  
insula Lemno condidit. - - -

Cum post resectum caput ipsius preciosum corpus jaceret insepultum,  
Acacius quidam Macedo tendens in patriam suam, corpus postularit.  
Praeses vero, nihil de illo suspicatus, petenti annuit.  
Hic igitur corpus accipiens, ac in loculo recondens, festinavit  
in patriam suam.

Verum in mari aegritudine correptus, excessit e vita.

Navis interim ad promontorium emathem Lemni insulae appulsa,  
ibidem sanctum Martyris corpus reperit: ac prope illud martyrum  
amator Acacius sepultus est.

AKAΔHMIA AΘHNΩN  
S. Melitinae martyrem rursus obducunt Menaea ad XXIX  
Octobris. - - -

Quod de martyrio ipso sub Antonino dicitur, cum plures fuerint  
ipsius nominis imperatores seculo II et III, tempus propius non  
determinat.

Demum Marcianopolis, quam in Thracia figunt scriptores Fa-  
storum laudati, in Moesia locari cum antiquioribus.

